



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniae, 1622**

Eius de infernis pœnis iudicium. 154

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44900**

quod  
DEI  
tem  
ifus  
ed eò  
um  
glo-  
co-  
en-  
di-  
um  
de-  
ali-  
tus  
um  
ere  
ce-  
on-  
in-  
vi-  
lite  
ulis  
n se  
cre-

credat, ad eadem illi vel conser-  
uanda, vel etiam duplicanda? Et  
principes igitur nostri hoc so-  
leant; negliget DEVS? aut beati-  
tudinem vtrique, sua causa dila-  
tam, patietur amitti? Alius hæc,  
inquit, deliria somniet: animum  
ego inducere, vt hæc de Deo,  
principe tam facili, credam, non  
possum. 154 Subierat fortè repu-  
tare, ecquis sibi sensus foret, si  
quà infernis ignib. addiceretur.  
Iuuat autem in hanc rem, ea ex-  
scribere, quæ in membrana ipse-  
met subnotarat. Duabus, inquit,  
rebus defixus hærebã: altera, quæ  
ibi supplicia mihi forent, luenda:  
altera, quibus inibi DEI nomen  
cõuitijs peteretur. Ac priori qui-  
dem, nihilo moueri me, neque  
terreri sentiebam; ceterùm, au-  
dire illas diuinissimi Numinis in-  
iurias, id demum magno me o-  
pere sauciabat. E quibus verbis  
haud



haud obscurū est arbitrari, quanto amore arserit, qui pœnarum inter pœnas oblitus, solius DEI iniuria percelleretur.

155 Huic eius virtuti proximus erat AMOR, erga ceteros mortales; in quibus DEVM ille assidue spectabat, & si ijs bono esset, per publicum decurrere nudis pedibus, ludibriis que onerari nihil cunctaturum se aiebat: Nec tam obsoletum corporis deformemque habitum fingi posse, quem vel vnus homuncionis causa recusaret. 156 Parisijs hominem compertæ libidinis, quâ mulierculam deperibat, sic post multa, quæ frustra fuerant, aggressus est corrigere. Qua transeūdū infelici amasio erat, insidias opportunè struit. Locum occupat, vndæ quæ gelidissimæ vadum: vbi collo tenus emersus, aduentorem expectet. Sequitur demum ille, & pessimi

fin  
pe  
vo  
ser  
si a  
vel  
tur  
dor  
ner  
aue  
tin  
tum  
cha  
mu  
pro  
Sire  
Qu  
leho  
ficij  
157  
buit  
pedi  
cessa  
qua